Gratiam & pacem domini, Summissum verbi sub manum tua, Cristianus hic meus, candide in
diem predicat, vir ipse nimirum christianus, quantum video, & pie eruditus a quo vicissim res meas
ita ut sunt, vere audies, quas cum vineae christi esse agnoscam, utramque geram, improbare non audeo
Video ut papistae fugitando glorias efflant inanes & nescio quid vanae fiduciae in principes, &
carnem suum brachium ponunt, Iudei nostri posteri sunt quotidie prestolantur Messiam, & ut olim
sua pertinaci incredulitate, christum, velut hominem, fabri filium, minus potentem, minus sanctum ut Messia
prestaret, refutabant, Ita nunc papae malicia apud illos, & si orbi cognita sit, tanta non est, ut eum Anti-
christum credant ipsissimum. Nec dum res compositae sunt cum iis & negocium facessunt impiissimi
Anabaptistae, quorum nova doctrina, hactenus ecclesiae christi incognita, notam non mediocrem inureret
Evangelio, ubi primae eruditionis viri (qualem & te tota fidelium apud helvetios turma agnoscit) tam
potenti gladio spiritus non oppugnarent. Attentat nimirum Sathan & periculo facit nunc ~~[illegible]~~ Impo-
sturis & sectis, nunc sanguine fuso, qui interim nobis nihil proficit, perdito etiam corpore, Sicut breviter
perdendi videmur, fortior est qui in nobis est, quam qui in mundo. Nos certa manet salus, quantumvis
sathanae organum impia tyrannide infremescat. Potens est christus ut depositum meum servet in illum diem
Ceterum quod scribis, chariss. Vadianus nulla re magis Helvetiorum Concordiam statuerem in his
que ad animarum salutem attinet quam communi celebri & Synodo publica, Sed nostri nihil minus
quam hanc adversarii pati possint, nihil minus frustra arbitror ut aliquando nos convenire sinant
Quotannis omnis opera & labor est ut omnia perdant & immutant. Statutus erat nunc dies Anni ~~[illegible]~~
Annuū ~~[illegible]~~ ut coram senatu & plebe cum predicatorum quodam nimirum impostore & dicaculo agerem
Sed id fieri non potuit, cum monachus se non habere disputandi facultatem a priore suo nec adesse compe-
tentes iudices assereret, fame procul dubio migraturus. Ita undique testantur se magis tenebras diligere quam
lucem. Facile indicare potes quam animarum sint in Evangelio christi, qui cum edicto publico, typis imvulga-
to, verbum domini purum & syncerum predicare non sit demandatum, interim tamen omnia pro libidine in-
[illegible] statuant, ut plebs nihil minus possit quam verbo audito obsequi. Hinc rerum omnium nihil immutatum est
apud nos, Solo verbo e cordibus hominum omnia eradiuntur & spiritus oris sui dominus abomi-
nationem omnem in rudem iam pectoribus inter fecit, qui & spiritu suo aliquando omnia scandabit,
periculo siquidem furio in omnibus, nunc oppidatim & cum magna modestia, nunc importune palam vos
redarguens, ut iam dudum, quod dominus prescivit, nunc comminatur. At interim sui similis semper manet, ut
nisi dominus ipse suo spiritu & potentia (quod indies precamur & speramus) omnem impietatem eradicet
frustraneus sit omnis meus conatus, Proinde mi frater, cum videam modicum, quamquam fiunt totum
referre, cum videam impiorum ferociam & perpetuos furores, cum palam sit nostros e nobis perficisci
quia ex nobis non sunt, adeoque omnia plena periculis sunt, ut hoc solum cum Josaphat rege residet
sit oculos meos in deum defigere, teque admoneo ut aliquando preces pro nobis ad deum effundas, quo meus
suo spiritu dignetur, ne quid unquam attentemus christiano indignum. Postremo quid nunc ultimo tragedia
sathan nunc moverit, A christiano audies. Interim meas ineptias boni consulas.
Vale & salve. Ex Berna 5 Octobris Anno XXV.

Tuus Bertoldus Hallerus

Praestantissimo viro Joachimo
Vadiano apud gallen: a
consulibus, D. & fri
suo omnipris ob
B.do